

## Tempore

180

monte filii. Pascunt etiam a riuo caritatis sue beniuolentia q̄ fluit a monte sp̄ssandī. Pascunt etiaz in cunctis sedibz illius terre. hoc est in sede cuiuslibet angeli et archangeli ⁊ in cunctis sedibz virtutum potestatuū. principatuū. dominationuz. thronoruz cherubin ⁊ seraphim. Specialia gaudia inuenient in sede cuiuslibet p̄iarche et p̄phete. apostoli. martiris. confessoris. virginis. vidue. ac coniugati spiritalia gaudia reperient. que gaudia nobis p̄stare dignetur. qui cum deo patre et spiritali sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

### Dñica tertia post pascha Sermo. xl.

**I**tezz uidebo vos et gaudebit cor uestz. Johannis sedecimo. Vani peccatores in hoc mundo illicite gaudentes ignorant illud beati Augustini Scitote fratres karissimi q̄ post m̄di gaudia eter na sequunt lamenta. Et illud salomonis. Proverb. 14. Risus do loze miscebitur et extrema gaudia ludus occupat. Christi autem serui et prudentes diligenter attendunt predicta et cum hoc illud salomonis Ecclesiastes septimo. Melius ē ire ad domū ludus q̄ ad domū conuiuii. Hinc est q̄ hic tristatur dicentes illud psalmi. 119. Deu mihi qua incolatus meus prolongatus est. quare meri to a x̄po consolatur qui eis dicit. Itezz uidebo vos ⁊.

**T**erum uidebo vos et gaudebit cor uestz ⁊ gaudiū ve strum nemo tollet a vobis. Johannis sedecimo. Tria oc currunt hic consideranda. Primo qui sint illi quos itez dominus est visurus. Secundo in quo tempore se eis sit ostensurus. Tercio quid sit gaudium quod nemo deinceps est ablaturus. **U** De primo nota q̄ domin⁹ consolabiliter illos est visurus q̄ modo plorant flent ⁊ tristantur. Vnde ipse dicit in presenti euangelio. Amen amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos et cōtristabimini. Plorare igitur debemus p̄pter multoz bonoz operuz omissoem. Flere etiam debemus p̄pter multorum criminū com missionem. Debemus etiam contristari p̄pter diuturnaz nostre pe regrinationis ac exilii prolongationem. Igitur cum dicat Eccle siastes tercio. Q̄ est tempus flendi ⁊ tempus ridendi. Modo flere debemus vt postea rideamus. Primo itaqz nos plorare oportet p̄pter multoz bonoruz operuz omissionē. Et nota q̄ stultus essz mercator qui p̄pter pigritiam suaz et breue cōmodum corpis sui negligeret forz triū ebdomodaz quod esset a patre regis clama tum in quo posset lucrari bonū multoz annoz. Et certe rex cels